



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

2 De iurisdictionis concessæ interpretatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

Secundo, ubi conceditur cum iurisdictione castrum, cui principaliter adhæret iurisdictione plena cum mero & misto imperio, sicuti proposita est nona conclusio hypotesis, plane merum & mistum imperium ex illa simplici concessione iurisdictionis transferuntur: Quemadmodum constat ex his authoribus, quorum in d. nona conclusione meminimus: qui ita eandem sententiam tenuere, maxime Oldr. Roma. Alex. Alber. & alii, de quibus Ias. in d. l. imperium nu. 11. inquit, omnes hanc in sententia cōsensisse, nec refragantur Curtius Iun. in d. l. imperium. & Carol. Molin. in d. gl. 5. imo palā hoc ipsum fateri videntur.

Tertio constat, idem respondendum esse, cum concessio à principe fit alicui castrum, cui iurisdictione, merum & mistum imperium adhærent iuxta nonā conclusionē. Nam & tūc omnia hæc in concessione venire ibidem probauimus.

Quarto, & regulariter, concessa iurisdictione, etiam absque concessione castrum, & alicui commissa, itidem merum & mistum imperium in eandem concessionē & commissiōnem venire ex eo, quod concessio iurisdictionis favorabilis sit. l. 3. §. vltim. ff. de offic. prof. & ibi Bald. constanter asseruerunt frequentiori authorum & interpretum consensu receptum esse, modo non sublit aliqua ratio, quæ strictè a suadet interpretationem, hoc etenim improbat ex Authen. de defen. ciui. §. iurisdictione. iuncta glo. collat. 3. gl. Communiter recepta. & ibi Bart. 3. quæst. in d. l. imperium. Sic sane hanc opinionem tenuit Abb. in d. c. quod sedem. Alex. in cons. 35. lib. 4. idem in l. 1. ff. de offic. eius, cui est mand. iurisdictione. numer. 66. & est communis opinio, sicuti asseruerant eam secuti Dec. in d. l. imperium. numer. 27. Alciat. in d. c. licet causam. de probatio. colum. 1. tametsi Iason contrariam defendere conetur, & asserat communem esse Curt. Iun. in d. l. imperium. numer. 42. idem in l. 1. ff. de offic. eius, cui est mand. iurisdictione. numer. 53. quem omnino legito. numer. 50. aduersus Bald. in c. 4. de iud. col. 2. extat & de concessione iurisdictionis optima Boerni decis. 127. quæ multa hoc in tractatu compendio quodam exponit.

CAPVT II.

Iurisdictione alicuius castrum à principe concessa, an in nouos incolas, & in eiusdem oppidi augmento exerceri possit.

SVMARIA.

- 1. Iurisdictione à principe concessa in aliquo castro an extendi debeat ad ipsius castrum augmentum? Et varius num. 2.
- 2. Traditur late in l. cum fundus ff. de legat. 2.
- 3. Legato fundo simpliciter, vel parte fundi communi pro indiuiso, non adiecto pronomine meum, venit in legatum, quod rei legata post testamentum accesserit.
- 4. Legato fundo, vel parte fundi communi pro indiuiso apposto pronomine meum, an veniat in legatum, quod ipsi testatori ex parte socii accesserit post testamentum.
- 4. Intellect. l. si ita ff. de auro & argen. leg.
- 6. Expenditur ne defenditur opinio glo. in l. serui electi. §. vlt. ff. de legat. 1.
- 7. Legato fundo, qui certis est in testamento limitibus designatus, an veniat in legatum, quod post testamentum eidem fundo adiectum fuerit à testatore.
- 8. Iurisdictione, an concessa censentur à principe in castri donati, aut venditi augmento.

Concedit frequenter Princeps alicui nobili, aut communitati iurisdictionem in aliquo castro vel oppido exercendam, post eam vero concessione ipsius oppidi incolæ augentur constructis ad habitationem, & edificis: queritur non temere, an noui incolæ eiusdem iurisdictionis sint, cuius & veteres iure regie concessionis censentur? Extat hæc de re Baldi sententia in l. cum fundus. de legat. 2. ita enim inquit, & est augmentum, quod si imperator eximit castrum, & illud castrum postea crescat, & efficiatur ciuitas, quod totum hoc sit exemptum. Hæc Bald. quem secuti sunt Curia. ibi. Mart. Laud. in tract. de Castellanis, conclus. 32. Qui potissimam authoritatem habent à Iuriconsulti responso in d. l. cum fundus. Cum fundus, inquit Labeo nominatim legatus est, si quid ei post testamentum factum adiectum sit, id quoque legato cedit, etiam si illa verba adiecta non sint, qui meus erit: si modo testator eam partem non separatim possedit, sed vniuersitati prioris fundi adiunxit. Hactenus Iuriconsulti.

Cæterum, ni fallor, Baldi opinio ita erit accipienda, vt obtineat quones concessio iurisdictionis, aut exemptio villæ, vel castrum facta fuerit sub nomine ipsius castrum, & vniuersitatis, nullis constitutis limitibus: tunc siquidem noui ciues, noue ad habitationem domus veteribus sub eodem vniuersitatis nomine accedunt. l. peculium. in prin. ff. de leg. 2. l. si te inquit, legato, & quæ poitea accedunt, ad legatarum pertinent. Quod si exemptio villæ, aut concessio iurisdictionis quidquid extra limites definitis, aut constitutis iurisdictionis accederet, non esset eiusdem iurisdictionis, vel exemptionis modus: sicuti deducitur ex l. in agris. ff. de acq. rer. dom. l. in l. in l. egi. §. vlt. ff. de except. rei iudic. traditque ad hanc conclusionem multa Alberic. Brunus in tract. de augment. & dicitur in 6. conclus. princ. Quibus mire concinit quod Bart. in l. Iulianus §. Titius. ff. de alt. emp.

Hinc plane deducitur, quod si in specie per Bal. proposita in d. l. cum fundus. princeps vel eximeret villam, aut iurisdictionem in ea concederet alicui certis quibusdam limitibus constitutis, non posset illa villa aut castrum augeri nouis constructis domibus, ac nouis incolis, saltem cum eiusdem designatis, aut iurisdictionis iure ultra limites iurisdictionis propriæ ipsiusmet principis concedentis, eique soli præiudicium ex augmento, & extensione fieret. Nam si deficeret præiudicium ultra limites ab ipso nominatim circumscriptis.

Eadem ratione constat interpretatio conueniens admodum Iuriconsulti responso in d. l. cum fundus. Etenim si testamentum eidem fundo testator partem aliquam, aut alterum fundum adiecerit, non veniet hæc adiectio in legatum ultra limites ab ipso testatore constitutos. Quod coadiunxerit videtur ex d. l. serui electione. §. vlt. iuncta glo. ibidem in prin. glo. magna, vbi si quis legauerit fundum, qui communis est, ceterum tantum fundi partem legasse, quæ propria erat tempore testamenti, non solidum fundum, etiam si post testamentum alteram fundi partem redemerit. Quæ quidem decisiones dubiæ profecto sunt propter d. l. cum fundus. & l. quod in rerum ac deinde ob egregiam sententiam Angeli Perulini enim scribit in Authen. de equalit. doris. §. aliud. collat. 8. & in litem fundi. §. huic. ff. de usufruct. quod si Princeps in aliqua villa & castro, ac eius territorio iurisdictionem concesserit: ac demum ipse Princeps territorium illud augeat, & extendat, competit iure ac titulo concessionis iurisdictione in augmentum. Cui opinioni suffragatur d. l. cum fundus. & præterea l. etiam. C. de iure dotium. textus item in d. §. aliud. sic Angeli opinionem secuti sunt Ias. in l. 1. num. 15. & 16. ff. de iurisdictione. omnium iud. & Alber. Brunus in tract. de augment. & dicitur in 9. & 17. conclus. princ. Idcirco cum hæc Angeli opinio vera sit, oportet rem istam distinguere examinare, vt quid in praxi magis sit conducibile, euidentiùs constet, expositis quibusdam attentionibus ad questionis examen.

Primo siquidem obseruandum erit, exemptionem, aut concessam iurisdictionem in proposita specie, quo ad augmentum obtinere, quones Princeps, qui certis constitutis limitibus castrum exemit, aut iurisdictionem in eo concessit, pateretur tacite, vel expresse illius castrum incolas, & habitationes augeri ultra limites præfinitos ea in parte, quæ iurisdictioni ipsius Principis in immediate aliqui suberat. Hoc probatur ex Angeli decisione, & quia ipsius tati Principis præiudicium tractatur. Quod si alterius minime, nec tacite, nec expresse cōsentientis præiudicium versaretur, tunc dubio procul iurisdictione, aut exemptio ultra fines ab homine constitutos in præiudicium alterius nequaquam obtineret, nec exerceri posset. Sic sane colligitur ex ratione, quam Dd. tradidit ad decisionem pontificiam cap. qui circa. de privileg. notant Roman. in l. d. d. m. §. si in qui ad. ff. de dem. insec. Albert Brunus de augm. & dicitur in 9. vers. prædicta conclusio. Angel. in l. si seruitus. in prin. penult. col. ff. seruit. vrb. præd.

Secundo ipse arbitror ad veram interpretationem d. l. cum fundus. & l. serui electione. §. vlt. l. si ita. ff. de auro & argen. legat. potest referre, aut certe nihil, quod in ipso legato, vel testamento testator vltus fuerit pronomine, meum: ad hoc effectum, vt legatum intelligatur secundum tempus testamenti vel tempus mortis. idem enim est in vtroque casu. Quemadmodum satis constat ex l. vltima. §. 1. ff. de leg. 2. l. nonne §. 1. ff. de legat. 3. l. Aurolius. §. 1. & 2. l. vlt. in fin. ff. de liber. legat. in quibus denique responsis non est appositum pronomen, meum.

meum: & tamen intelligitur, ac restringitur dispositio ad existentia tempore presentis. Huius opinionis auctores habeo Cuman, Alex. col. 2. Vincen. Herculan. col. 6. in d. l. serui electione. §. vlt. Carolus Mol. in consuetud. Parisien. tit. 1. §. 1. gloss. §. 1. me. 18. Quamuis in hoc maximam constituent differentiam & vim gl. Bart. Inol. Paul. Soc. concl. 3. & Rip. concl. 1. in d. l. serui electione. §. vlt. Bart. in l. seruum fil. n. 3. & ibi Bal. & Ang. ff. de leg. 1. in prin. nam pronomen hoc, meum: adiectum rei legatae, non videtur eidem apponi causa restrictionis, sed causa domonstrationis: ideoque non oberit huic assertioni responsum Iuriconsulti in l. si ita. ff. de auro & argento legat. Quod Paulus Castren. mihi visus est sentire in l. si ex toto. nu. 5. ff. de leg. 1. quamuis non omnino excludat praefatam differentiam, quam Bart. & alii constituerunt, vbi sit legatum rei, quae communis est testatori, & alteri.

Tertio est omnino adnotandum, non esse in hac re ad propriam dispositionis cognitionem discrimen aliquod constituendum, an testator legauerit partem fundi, vel totum fundum. Nam absque vlla differentia venit in legatum id, quod rei legatae accesserit: aut non magis venit, si legetur totus fundus, quam si legetur pars fundi. Hoc ipsum probatur ex ratione vera d. l. cum fundus. & l. si ex toto. l. quod in rerum. §. 2. ac in specie ita voluere Cumanus & Vincen. Herculan. in d. l. serui electione. §. vlt. atque ibidem ex iunioribus Guilielmus Pontanus, Baldus in d. l. si ex toto. Carol. Molin. in d. num. 18. sensu Bart. in d. l. cum fundus. etiam si differentiam ex legatione partis vel totius fundi, aut simpliciter pronuntiata constituerint Iacob. Aren. Bart. Paul. Ang. Alex. Soc. & Rip. post glo. in d. §. vlt. idem Bart. Paul. Castr. Imo & alii in d. l. si ex toto. Alber. Brun. in tractat. de augment. & dimin. 15. concl. 5. limit. Quorum opinio communis est, nulla tamen certa ratione aut auctoritate efficacior, quam quod pluribus placuerit.

Quarto praenotatis accedit, quod si quis totius fundi dominus eum ita legauerit, vt simpliciter fundum, vel totum expressim leget, etiam adiecta dictione, meum: venit in id legatum, quod tempore mortis testatoris fuerit rei legatae per testatorem adiectum. Hac vero conclusio communis est, omnes siquidem in d. l. serui electione. §. vlt. eam probant ex his, quae inibi traduntur: atque in specie Ripa conclus. 3. eam faceret esse communem, quam etiam notant Paul. Castr. in d. l. si ex toto. Anton. Rubens conf. 95. col. vltim. praemittunt omnes, quibus placent ea discrimina, quae proximis conclusionibus ipse improbauit.

Quinto, si quis habens partem fundi cum alio communis pro indiuiso, partem vel fundum simpliciter legauerit, non adscripto nomine, meum: veniet itidem in legatum quod rei legatae accesserit, & tempore mortis adiectum fuerat a testatore, Quod & ex d. l. cum fundus. satis constat, & praemittitur a gl. & omnibus in d. l. serui electione. §. vltim. vbi Ripa num. 10. eam asserit communem esse opinionem, qui eandem sequitur. idem tenet Pau. Castr. in d. l. si ex toto. quin & omnes paulo ante in praenotatis conclusionibus citati, idem palam probauerunt: etenim hi, qui nihil tribuunt pronominis, meum rursus & hi, qui aliquid ei tribuendum esse censuerunt hi qui differentiam constituerunt inter totum, & partem, id est cum, quod in hac conclusione asseueramus, concedere videntur, cum conclusionem de parte fundi legata, quam glo. profequitur, ita accipiant, vt videantur intelligere, vbi apponitur pronomen, meum: nam & glo. quam hi sequuntur, ita id intellexerit. Sic sane Caro. Molin. & alii idem sequuntur & probant.

Sexta igitur in eundem scopum fit conclusio: Testatore, qui rem communem pro indiuiso habet, eam simpliciter legante, etiam adiecto pronomine, meum: venit in id legatum, quod post testamentum ab ipsis dominis fuerit rei legatae adiectum ex altero fundo, vel ex parte socii redempta. Hoc probatur ex Iuriconsulto in d. l. cum fundus. notant expressim Cuman. Vincen. & Pontan. in d. l. serui electione. §. vltim. Caro. Molin. in d. num. 18. hoc sensit Cynus in d. l. si ex toto. Sicuti eum refert Alex. & alii in d. §. vltim. tamen si hac in specie, vbi est adiectum pronomen, meum: & pars sensim legata censetur, teneant non venire in legatum id, quod rei legatae accesserit post testamentum, adiectumque fuerit a testatore. Bart. & alii, quos citauit ad differentia totius, & partis, in versio. Nihilominus Bart. in d. l. dum fundus. huic sextae conclusioni patrocinari, & fauere videtur: tamen Alex. in d. l. §. vltim. existimet, nihil differre hanc sententiam Cumanii ab opinione Bartol. & aliorum,

qui distinxerunt inter legatum totius fundi, & legatum partis eiusdem: cum vere quoad hoc augmentum accessorium optime differant.

Septimo quoties testator, qui dimidium fundi partem habet pro indiuiso, fundum simpliciter, aut eius partem expressim legauerit, etiam non adiecto pronomine, meum, non venit in legatum altera dimidia pars post testamentum a socio redempta. Pars etenim haec redempta aequae principalis est, nec alteri est accessoria; idcirco cessat ratio Iuriconsulti in d. l. cum fundus. Quamobrem hanc conclusionem tenent Cumanus, Vincen. Herculanus, & Guilielmus Pontanus in d. l. serui electione. §. vlt. atque ibi Alexand. dum Cumanum sequitur probaturque ex Bartol. decisione in d. l. cum fundus. & ex his, quae traduntur ab his, qui praescriptis differentias excludunt, & in eo discrimen constituerunt, quod accedat aliquid fundo accessorie, vel aequae principale. Sed nihilominus, vbi pronomen, meum, non fuerit appositum, etiam in specie huius conclusionis contrarium verum esse censet gl. & Dd. vt fatetur Ripa eos secutus n. 10. d. l. serui electione. §. vlt. quorum sententia fortassis obtinebit ea ex causa, quod frequentiori Doctorum consensu sit recepta.

Octaua constat ad haec conclusio: Quoties testator fundum habens communem pro indiuiso, & aequis portionibus fundum, vel eius partem propriam legauerit, adiecto pronomine, meum: non venit in legatum altera pars a testatore post testamentum redempta. Sic sane censet in dict. §. vltim. Accursius, quem sequuntur alii communiter, vt fatentur Socin. Ripa, & Iason. Sed ipse Cuman. & qui eiusdem opinionis fuisse, hanc opinionem admittunt in rationis adsignatione a gloss. discedentes, cum Accurs. & sequaces hoc adnotauerint ex l. si ita. ff. de auro & argento legat. verum contrariam sententiam veriore esse existimant Iaf. & Zaf. in d. §. vltim. Carol. Molin. in d. num. 18. qui pro se citat Alexand. in d. §. vltim. a quo ipse non potuit hoc deducere. Ad l. si ita. responderetur, quod inibi adiectio facta fuit a testatore, in diuersis rebus, non ipsis rebus legatis: quasi in d. l. si ita. & eius specie adiectio facta fuerit testatori, non autem rei legatae.

Nona hic exponitur conclusio: Adiectio a testatore facta post testamentum, regulariter non cedit legatario, siue adscriptum sit pronomen, meum, siue id omisum fuerit quoties ea sit in diuersis rebus ab ipsis legatis: non autem ipsimet rei legatae. Sit huius conclusionis exemplum ex dict. l. si ita. ff. de auro & argento legat. Si ita, inquit Paulus, legatum esset, velitem meam, argentum meum damnas esto dare: id legatum videtur, quod testamenti tempore fuisset: quia praesens tempus semper intelligitur, si aliud comprehendunt non sit. Nam cum dicit, velitem meam, argentum meum: hac demonstratione, meum: praesens, non futurum tempus ostenditur. Id est, & si quis ita legauerit, seruos meos. Hac Iuriconsultus. Siquidem semper intelligitur in dubio res testatoris legata non aliena: atque ita quoties quis legat seruos, idem est ac si diceret, seruos meos lego: cum de seruis propriis, non de alienis sit legatum intelligendum; Igitur Iuriconsulti sensus huc pertinet, quod legatum censeri debeat iuxta tempus testamenti, quod demonstrari videtur adiectio pronominis, meum. Nec per hoc negat, idem obtinere, vbi simpliciter facta, & concepta sit testantis dispositio: saltem cum id constet ex aliorum Iuriconsultorum responsis.

Decimo, in hac satis cotrouersa questione ad defensionem gl. communiter receptae in d. §. vlt. iuxta Cumanii opinionem considero ipsius Cumanii verba, dum distinguit, tan augmentum contingens post testamentum fiat personae: an rebus, vel rei legatae, vt priori casu augmentum non cedat legatario, sic tamen posteriori. Deinde obseruandum esse censet quod idem Cuman. Bartol. in d. l. cum fundus. & omnes fatentur augmentum cedere legatario, quoties accessorie accedit rei legatae d. l. si ex toto. & d. l. cum fundus. non autem, vbi est aequae principale ipsum augmentum. Hoc etenim fatentur omnes qui probant distinctionem totius a parte: & rursus hi, qui eandem differentiam improbantur: atque his tandem praemissis ipse aliter defenderem gloss. in dict. §. vlt. item ipsius Cuman. sententiam: qua ni fallor, vere ita intelligendam. Nec opinor, vt intelligit Barthol. Socin. in dict. §. vltim. vt quoties testator pro indiuiso partem habet fundi legati, tunc pars a socio redempta non augeat legatum, quia pars illa personae accedit, non rei legatae: nec per testatorem rei legatae post testamentum adicitur, idcirco

circo res legata manet in eo statu, quo erat tempore testamenti, quo quidem tempore tantum fuit legata pars dimidia fundi, cui parti non accedit altera. Quod probatur in d. l. cum fundus. & in l. si ex toto. ubi requiritur, quod post testamentum per testatorem, aut per alluionem aliquid sit rei legata additum, per actum, inquam ipse testatoris. Igitur quicquid adiectum non est rei legatæ, id non venit in legatum, etiam si testatori accesserit. Sic sane defenditur opinio glossæ & communiter ex iplo Cuman. & Socini. in d. §. ult. 2. conclusio. quod altera fundi pars pro diuiso aliquo possideretur, ea que sit emptæ à testatore post testamentum, remotisque limitibus alteri parti addita, venit profecto in legatum per eam rationem, quæ à Iuriscoñsulto traditur in d. l. cum fundus. qua ratione ita defendendam esse opinionem communem arbitramur ex autoritate Cumanæ & Socinæ.

Vndecimo, adhuc superest explicare, quid respondendum sit, ubi testator legauerit fundum certis constitutis limitibus eiusque nominatis, an quod eidem fundo per testatorem adiectum fuerit post testamentum, veniat in legatum fundi? & sane ipse cenfeo, & id venire auctoritate Iuriscoñsulti in d. l. cum fundus, & ex his, quæ superius adduximus initio huius c. vers. eadem ratione. Nec enim refert consignatio limitum, aut confinium, quo ad decisionem d. l. cum fundus. cum ea fiat causa demonstrationis, c. forus. de verb. sign. non autem restrictionis, nec ampliacionis. Nam & quo ad d. l. serui electione. §. ult. itidem non refert, quod legatum fundi fiat certis constitutis limitibus, siquidem nihilominus tantum continetur sub legato ea pars quæ eo tempore erat testatoris, secundum Alex. Aret. las. & alios in d. §. ult. Bal. in l. cum alienam. col. ult. C. de leg. Bal. & Pau. in l. r. c. qui testa. face. poss. Hoc ipsum probatur ex Angel. Perusini sententia superius adducta in materia & specie iurisdictionis concessæ quæ ex prenotatis satis constat ac comprobatur. Nam princeps ipse cui tantum, & vere præiudicium ex adiectione fit, territorio alicui cû iurisdictione concessa, etiam certis nominibus adscriptis limitibus partem aliquam addiderit, & in ea censetur addita, concessa iurisdictione, cum alteri non fiat ex hoc præiudicium principale. Quomobrem fecus esset respondendum, quoties præiudicium alteri inde fecerit, ac fieret: tunc etenim minime posset iurisdictione in augmento exerceri.

Duodecimo ex his apparet, verâ esse primam illationem quam hoc in capite constitutum. Nam teum ab eodem principe, qui iurisdictionem concesserat in castro, certis constitutis limitibus non fuerit quidquam eidem additum territorio, nec ex eius consensu, saltem tacito, profecto minime censendum erit, iurisdictionem vltra fines ab initio designatos extendendam fore, etiam ubi ageretur de ipsius tantum principis præiudicio. Quod si alterius ius ex augmento ledi contingeret, tunc nec principis consensus quidquam suffragaretur ad dampnum inferendum illi, cui princeps ipse iure ledere non potest.

Ceterum præter eâ, quæ superius de interpretatione testamentorum ad propositam de concessa iurisdictione questionem explicuimus, expedit adnoscere lectorem, an concessio castri, vel concessio vrbe cum iurisdictione à principe, sit itidem concessum territorium aliquod, vel tantum possit iurisdictione exerceri ad vsque ipsius castri (quod aiunt) stititicia? & sane ubi ipsi ciuitati, vel castro, territorium adhaeret omnino, constat ex præmissa concessione translatum esse ius iurisdictionis, meri & misti imperii in eundem districtum, & territorium, quemadmodum traditum à nobis in c. r. huius operis nu. 10. quo in loco etiam multa de hac re compendio tamen, scripsimus, quibus illud modo adiciamus, maxime esse obseruanda ipsius concessionis, & beneficii, ac priuilegii verba, vt ex his possimus conuicere, quid in ipsam concessionem venerit.

CAPVT II

Qua ratione sit intelligenda Donationis, Concessionis, aut Venditionis dispositio ad mensuræ modum concepta.

SVMARIA.

- 1 Plurimum interest, an actus venditionis, legati, vel donationis fiat ad rationem mensuræ, vel corporis certi & limitati.
- 2 Fundi certis limitibus circumscripti venditio, etiam si mensuræ, & quantitate tenentur, censenda erit, non ad mensuram, sed ad corporis rationem.

- 3 Tot iugera ex certo fundo vendita constituant actum venditionis ad rationem mensuræ, & statim latius.
- 4 Quia dicitur ubi modus mensuræ non est principalis, sed accessorius ad certum, & si accessorius, vel pro mensurâ modo distributum, an constituat hoc in re discrimen aliquod.
- 5 Ante mensuram adhibitam, an sit rei periculum venditoris vel emptoris.
- 6 Venditio cuius quando dicitur facta ad mensuram, vel non: & videtur ad mensuram legatam esse in his ff. de contrahen. empt.
- 7 De venditione fundi vno pretio facta, & videtur Intellectus l. si venditor de actio. empt. l. 2. C. de reser. ven. & gl. in c. per tuas. de decret.
- 8 Periculum & commodum venditi quando & ad quem spectat. Vera interpretatio l. lullianus. §. si Titius. ff. de act. empt.
- 9 Emptio quando perfecta dicitur in rebus mobilibus & immobilibus: & determinatur responsam Iuriscoñsulti in l. si in venditione. §. 1. ff. de per. & commed. rei venditi.

His quæ proxime discussimus, accedit & illud satis prædictis obuium ad interpretationem earum actionum, quibus rerum translatio fit ad mensuram modum: etenim an vltra mensuram prescriptam, vel intra illam minori in parte actus obtineat, ambigui solet esse iuris: & sane communiter hac in questione receptum est quod discrimen constituitur, an ex certo corpore, vel certa ex mensura sit actus discernendus. Nam ubi mensura ponitur, vel eius mentio sit, causa & gratia taxationis, seu restrictionis vltra mensuram, illam minime locus est actui, nec contractui, nec dispositioni. At si mentio fiat causa demonstrationis, vt corpus quod legatur, donatur, vel transmittitur, notum sit, & certum mensura minor, aut maior, nihil faciat ad legatæ vel dispositionis ius. Sic denique fit, vt si ad mensuram concepta fuerit dispositio, quia ab eadem mensura ceptum est, mensura modus appositus seruandus sit: si vero ad corpus ipsam actus referatur: quia initium sumit contractus, aut legatum à corpore, tunc parum referat, an modus mensuræ dicitur, maior sit, vel minor: si seruis legatæ. §. qui quinquæ. ff. de legat. l. 1. l. i. verbis. §. pater. ff. de legat. l. 3. l. si venditor. in prin. ff. de actio. empt. notat Oldr. cons. 197. Ioan. Andr. ad Spec. tit. de empt. & vend. §. si venditor, ad fin. Bald. in Rubr. C. de contrahen. d. quest. 22. tamen aliquantulum deuiat à communi sententia, quam tamen probatur Anchar. Imol. & Abb. in c. per tuas. de donat. Alb. in l. cum concessum. ff. de contrahen. empt. las. in l. cum vicinos. col. 1. C. de sim. Tit. Fel. in c. significante. colum. penultim. de reser. text. opt. in l. quidam. ff. de legat. l. 1. in prin. l. si iura demonstratio. ff. de cond. & demor. eandem opinionem sequuntur omnes, quos statim numerat in citabimus. idcirco communem esse eam opinari siquidem ita fatentur las. cons. 79. lib. 1. col. 1. Dec. cons. 347. lib. 1. idem Dec. latius cons. 500. col. 2. Pau. Par. cons. 64. n. 3. & cons. seq. lib. 1. Sed quia in exemplis huius distinctionis quandoque erratur, opera pretium duximus, eam multis expositis casibus longius explicare.

Primo etenim illud non est prætermittendum, quod licet Old. loquatur in concessione ac donatione, eius distinctio pari iure est in contractibus venditionis, in testamentis & similibus intelligenda. Siquidem fere omnes Dd. hac in questione allegati, in venditione & emptione similitur loquuntur, quamvis Imo. in d. c. per tuas. dubius sit, & tamen sic in specie responderunt Barb. in Rub. de empt. col. vi. Fabian. in tract. de emptio. c. part. in prin. col. 2. quam sententiam communem esse fatentur eam secuti Socin. Junior in cons. 42. lib. 2. n. 17. & Par. in d. cons. 64. lib. 1. n. 76.

Secundo, ad huius questionis praxim constituenda est species in hunc modum conceptis verbis: fundum vendidi tibi his certis ac nominatis finibus circumscriptum, quæ decem iugerum: & in hoc quidem casu venditio dicitur facta ex corpore certo, nec restitur ex mensura: imo venit in venditionem, aut legatum, quicquid intra fines prescriptos continetur, licet mensuram decem iugerum excedat. Qua in specie loquitur Old. & omnes paulo ante citati, qui eum secuti sunt, atque idem las. in d. cons. 79. col. 1. idem las. in l. fundum. §. si libertus. ad fin. ff. de leg. l. Decius in d. cons. 347. col. 1. Mattheus de Afflic. decisio. 68. sentit Barb. in l. i. l. i. §. si Titius. ff. de act. empt. Salic. in l. 2. de contrahen. empt. Paul. Call. in l. si duorum. in prin. ff. de act. empt. ubi est ad huius conclusionis probationem textus optimus. notat Fabianus. in tract. de emptio. c. parte principal. col. 6. vers. sic circa quartam. Soc. Jun. in d. cons. 42. lib. 2. n. 6. Barb. in Rub. de empt. col. vi. Alex. cons. 133. lib. 2. n. 6. cons. 120. lib. 2. & cons. 8. lib. 4. Capius decis. Neap. 14. n. 2. quorum optimus dubio procul communis est, quæ etiam probatur in qui fundum. ff. de euit. Quidquid dixerit gl. in ibi male illud Iuriscoñsulti responsum intelligens, potius incertis conuicere, quam vera, quid in eo tractetur exponens.